Personis hilaris erat et iocundus prodigiis nu-
quam Marie et pelagii et galli sui et oth-
mari ut dicere solebat singularis dilector
in quorum etiam ut aiebat nominibus deficiens
expirauit ¶ Multa tandem opusculi et
reticenda hominis tangere indecorum non puto
Adolescens quidem et adhuc scolaris gratia amicos
visendi hospicio cuiusdam nobilis viri receptus
puerperam eius virginem latenter agnouit de qua
semel tantum ut aiunt cognita filiam habuit
Que lapsum primam multa secuta est amborum
Velum sacrum utique ipsa tunc regi sibi imponi
expetens vitam agebat laudabilem Adultima
tum abbatissa inibi eius iuuamine facta multa
fecit pacta utique ipsius et sua Filia vero tandem
viro matura cum oblatum sibi velum recusaret.
dotatam cum predijs viro tradidit cuidam notkero.
de prosapia waltrammi et notkeri. de quorum
dominio montes mei nomina habent Eius quidem
femine generis viros fortes et bonos cleri-
cos preclaros virtutumque conspeximus monachos.
Emma ipsa dum turegi apud turicum educata
aliquantisper esset litterata in etate puellari
videretur quidem pulchra ad amplexus arno-
lfi regis clam dum peteretur respondisse fertur
lenonie partes Eius generis prosapie nec de matre
nec de patre sum inque ut virginitatem meam me
tuidam ut ipsi regi quidem deceat prostituere
Sic quoque amplexus illicitus regis hac et illac
fugitans et latitans usque dum predicto viro nu-
beret frustrauit Claruit autem salomon
sub quinque regibus eque sibi amicis Ludo-
wico. karolo. arnolfo. item ludowico. conrado.
Sub isto salomone fuerunt simul in monasterio
meo presbiteri xlii. diaconi xxiiii subdiaconi
xv. pueri xx: De magistro isone mo-
nacho sancti Galli et discipulis eius

Hinc de Isone magistro et discipulis eius
notkero balbulo. tutilone. ratperto
vitas ut ita dicam non negligendas
aggrediar scribendas Iso quidem non solum
bene natorum set sanctorum filius fuit parentum Qui
ut crebro solebant victualium aliarumque rerum
abstinentia semet ex consensu pro deo affligere
quadragesima quadam secreti cubantes sabbato
sancto lauacro tandem utebantur Ornatique ambo
post cineres et cilicia ad pressionem cum ciuibus
prout bene natis copia erat Ibat mulier vigilijs
quinta dormitum in lectum temptatoris ductu
vir eius in conclaue ipsum fortuitus intrauerat.
nobilis quidem tunc pro tempore stratum post lauacrum.
Accedens quoque ad illam ipsa quidem non recusante
eo sancto die concubuit || Confit post facinus patratum
tantum amborum in ipso conclaui lamentum ut fa-
milia sic perueniens quid factum sit non quereret.
cum deum inclamando quid fecerint ipsi palam
fecerint Inter lacrimas ambo itemque abeunt lauatum
induunt item cilicijs per tot ebdomadas tritis
Cineribusque aspersi presbiteri loci nudipedes
coram omnibus ciuibus vestigijs prouidunt Ille vero
pie discretus penitentia eorum accepta populo domino
precibus inclamante indulgentiam eis dedit.
alleuatosque pro foribus basilice eo die et nocte
penitentibus gratia incommunicatos iusserat stare
¶ Stabant tandem officio diei peracto ad proprie ville
presbiterum fama quidem sancti. et eodem habitu ipsi
et ciuibus eius lapsum suum fletibus nudat. et ut
crastina eis communicare liceat permissum eius
rogant Quos ille seuere inuectus temeritatis
arguebat verumtamen illis accepta redeuntes
in sua ieiunium vigilem flentes duxerant noctem
¶ Dies pasche illuxerat matutinis pro foribus
stabant. tercie cum missas exportata extremi
ferunt. Presbiter autem illos populo toti cum amissu mit-
ticiet induxerit. extremos locauit Com-
munionem quoque presbitero illi iam dicto non placeret non
petebant Communione autem finita qui presbiter ille
festinus tamquam populo suo adhuc officium facturus
ingreditur manibus apprehensos ad aram duxit Pri-
uide communionis accepta fletu perfusos communicauit
et festinans quia ad suos rediturus reuestitus
eos et copulari pace et osculis dat se dixit
et rediit Letati quoque sunt omnes talis viri auctori-
tate illos communicatos || Die tandem in leticia
et elemosinis transeuntibus parentes quoque presbitero illi sancto
et eulogia per equitem mittentibus inuentum est eum
nusquam eo die a suis discessisse Sed angelum dei
quod factum esse et in synodo propalatum est. totum
fecisse Agebant ambo illi gratias deinde die
et nocte deo et virtutum operibus quibus assueuerant
tunc arcius insistebant ¶ Sed mulier in concubitu
illo cum esset grauida et tempore labente propinqua
iam partui ericium pepisse somniauerat
puerulos quoque plures ut stimulos ei eruerent
attriuisse et pietes eius tetraxisse videbat
Euigilans nimis stupida somnium viro
narrat Qui ideo confisus somnium illud nichil
mali portendere ad inclusum in monte victorem
eusebium pergens coniectorem fore eius rogauit.
filium inquit uxor tua pariet que sancto gallo
votabis Apud illum enim educatus doctor erit
magnificus et multos pueros ipse asper disciplinis
stilis armatus ¶ Factum est ut vir ille
spiritu dei plenus sancti gallique compatriota predi-
xerat Prius post hec plagia dominus multis
reuelauerat multa Sed et ipsi karolo quidem
qui eius petitione ut et ratpertus scribit ipsum
illum victoris montem sancto gallo contradidit
Puer natus educatus sancti galli fit monachus